

1487

C O D I C E S

1488

gatorio, Aqua lustrali, Exorcif-
mis, et Imaginibus.

CCCXCIX.

918 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 188. 4. commode,
non tamen ab una manu, per-
scriptus continet: I. *Job. Wiclefi*
Sermones in Evangelia de
Tempore per circulum anni, duc-
to a *Dom. 1. Adventus* initio,
praefixoque *Monito*, quod inci-
pit: *Cum deus undiquaque plenus*
abborret vacuum &c. Dictionis
primae in illud: *Cum appropin-*
quasset Iesus ierosolimis &c.
Matth. 21. exordium est: *Con-*
stat ex ewangelio, quod christus
tribus vicibus aduenerit humanus
&c. Dictio ultima de Templi De-
dicatione finitur: *ut in febre etbi-*
ca (hectica) *est sua inanitio imper-*
cepta. Expliciunt ewangelia de
tempore. Jo. Wy. Vide Cod. an-
teced.

II. fol. 169. *Hic ostenditur*
quo tempore dauid composuit quem-
libet psalmum in psalterio et pro
qua necessitate. Tituli illi Psalmo-
rum, qui Bibliis sub artis incu-
nabula impressis additi reperiun-
tur. Ita: *Beatus vir qui non.*
Istum psalmum fecit dauid quan-
do constitutus fuit Rex in Beth-
leem &c. Sub finem eadem do-
cetur Lector de aliis Canticis bi-
blicis.

III. fol. 171. *De vita et mo-*
ribus phylozophorum veterum trac-
tatus. Poterat addi et *Poetarum.*
Initium: *Multa que ab antiquis*
Auctoribus et diuersis libris de ip-

sorum gestis sparsim reperi in vnum
colligere laboraui &c. Libellus
jam Sec. XV. plus vice simplici
impressus, et in *Italicam, Gal-*
*licam*que linguam immerito tra-
ductus passim *Gualt. Burlejo An-*
glo tribuitur, cuius nomen Codi-
ci quondam *Gudiano* praefixum
video apud *Fabric. Bibl. med.*
Lat. L. II. p. 307. Confer etiam
Tanneri Bibl. Brit. Hib. p. 141.
Exemplum praefens abrumpitur
in *Seneca*, ceterumque editis jam
prolixius, jam concisus est. De
editis dixi in *Memorab. Bibl. Ga-*
rell. P. I. p. 201.

CCCC.

Codex chartaceus lat. Sec. 879
XV. Folior. 253. f. per duas co-
lumnas in Bohemia, ut videtur,
probe scriptus, et rubricis eno-
tatus sequentia *Job. Wiclefi* Ope-
ra continet: *Ista pars vocatur*
pars secunda sermonum, seu, ut
in membrana praevia: *Secunda*
pars wicleff super ewangelia vide-
licet de sanctis. Sermo I. de Na-
tuitate Christi in illud: *Exiit*
edictum a cesare Augusto &c. *Luc.*
2. orditur: *Continuando sermo-*
nes sanctorum cum sermonibus do-
minicis incipiendum videtur a festo
sancti sanctorum &c. Inde ordi-
ne anni proceditur per *Sermones*
LXI. quorum tamen multi sunt
de Communi, ut vocant, Sanc-
torum, usque ad *Sermones* in
Commemoratione Fidelium De-
functorum. Nulla facile praeter-
mittitur occasio fugillandi Epi-
scopos, Praelatos, Clerum be-
neficiarium,